



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 15. De Magis,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

## De idolatria.

## SECTIO III.

**I**Am de idolatria, qua cultus soli vero Deo debitus exhibetur falso Deo: notandum est primo, nomen habere ex eo, quod à Theologis quidquid adoratur ut Deus, cum non sit, vocetur idolum, iuxta illud 1. Paralip. 16. Omnes dij populum, idola. Secundo generaliter quidem & impropre, nonnumquam usurpari pro quoqueq; peccato mortali, maxime eo, quo quis ad aliquam creaturam nimis afficitur, tanquam in ea finem suum ultimum constitutus: vt in pecunia ille, de quo ad Ephes. 5. Avarus qui est idolorum seruus aut in coniuijs, vt illi de quibus ad Philip. 3. Quorum Deus venter est. In presentiarum autem sumi specialiter & proprie pro peccato, quo quis re ipsa exhibet diuinum cultum aliqui creature tanquam Deo: ita vt velit quantum in se est, eo cultu talēm opinionē illi conciliare, qualis reuera competit soli diuinæ maiestati: de qua Gregorius à Valent. 2.2. disput. sexta, quæst. 11. pun. 3. & latius Juarez in opere de religione tract. 3. lib. 2. cap. 3. & 4.

Peccatum vero grauiissimum est idolatria, tanquam mendacium perniciosum: vt pote hominibus scandalum; & Deo valde iniuriosum: siue committatur actu tantum interno, id est animo duntaxat: siue actu tantum externo, ob mecum vel ob aliam causam: vt adulandum aliqui; siue etiam, & multo magis, si actu externo simul & interno: in quarto casu, quia est coniuncta cum hæresi in fidelibus, inducit ex communī sententia (pro qua Suarez multos authores commemorat in sequenti. capit. 6. sub nem) omnes penas quas ipsa hæresis: De quibus in præced. cap. 4. quæst. 5. diximus.

Quam graui autem iniuria inferatur Deo per idolatriam, patet ex eo, quod sit directe contra honorem ei debitum: vt pote qui est incomunicabilis alteri, quam vero Deo: sicut & diuinitas ipsa, ac supremus omnium principatus, summaque omnium excellētia. Nec obstat si fuerit tantum exterior: quia sicut crimen est laesa maiestatis in uno regno, alium recognoscere, tanquam regem præter eum qui solus in eo est verus R. ex: deferendo. Si honorū externis signis, Regum tantum proprijs, ita crimen est laesa maiestatis diuinæ, extēnum honorem soli Deo debitum, deferre creatura.

**I**47. Porto proprio sumpta idolatria, duplex est: una expressa, qua expresse & aperte cultus diuinus exhibetur creatura, tanquam Deo. Altera est tacita, qua tacite tantum & implicite cultus diuinus creaturæ exhibetur; vt quando quis aut metu, aut aliorum conuentudine ductus, aliave ratione obsecratus, tale quid per creaturæ venerationem facere generaliter intendit: ad instar eorum, qui Exod. 32. dixerunt: His sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti. Id ipsumque illis contingere posse, non obstat quod verum Deum agnoscat, nec ignorantem vanitatem idolatriam, patet ex ijs quos Apost. ad Rom. 1. ideo damnat, quod cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerint, sed mutauerint gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis, &c.]

Cenfetur quoque tacita idolatria, quando sit pactum occultum cum Dæmoni: caue ratione complectitur quatuor species, magiam, diuinationem, maleficium, & vanam obsecrationem, distinctas ex fine ob quem tale pactum fit. Qui est, vel vt quis videatur magnus, & mira facere, vnde constituitur magia: vel vt cognoscat futura, vnde diuinatione: vel vnoceat alteri, vnde maleficium: vel vt profit sibi vel alteri, & est vana obsecratio. De quibus tractatur in iure Canonico causa 26. per quinque primas quæstiones, & in fine quæst. septima: & in Decretalibus titulo de somnalijs, & à D. Thom. 2. 2. quæstio. 92. & aliquot sequentibus, & à Summularijs in verbo Supersticio, & in verbo Maleficium: & ab alijs tractantibus de recte religionis vt Suarez, in suo operé de eadem virtute tractat. 3. lib. 2. aut de peccatis quæ contra Deum aut quæ contra primum Decalogi præceptum commituntur, vt nouissime omnium & late alia citari Thomas Sanchez in suo opere moralib. 2. capit. 37. & sequentibus: aut differentibus aduersus maleficos, vel aduers-

sus artes superstitiones. In qua tractatione nobis deinceps verendum est, ac sigillatim de unoquoque talium peccatorum dicendum quatenus exigere videtur institutum nostrum.

## CAP. X V.

## De magis.

## S V M M A R I V M.

- 149 Quid est quotuplex sit magia.  
150 Nec naturalis nec artificialis de se est illicita, & quomodo sit per accidens.  
151 Diabolica, est de se illicita, & qua ratione à naturali, & artificiali discernatur.  
152 Regula notanda ad taliter discretionem.  
153 Pactum cum Dæmoni quoddam est expressum, quoddam tacitum, quorum illud tribus modis contingit.  
154 Nefanda contingenia in expresso pacto cum Dæmoni.  
155 Duo modi quibus fit pactum tacitum cum Dæmoni.  
156 Peccatum est mortale, pactum inire cum Dæmoni, siue expressum, siue tacitum, nisi quod in hoc interdum ignoratio excuse.  
157 Modus cognoscendi ex verbis, pactum occultum cum Dæmoni, in iis que apparent mirabilia.  
158 Modus idem cognoscendi ex certis characteribus & figuris.  
159 Modus cognoscendi ex effectis, aut ex circumstantijs variis, aut dum ex personis.  
160 Advertendum circa eosdem modos.

**G**eneraliter sumpta magia definiti potest, sc̄tia vel potestas qua mira quædam & insolita sunt: vi tamen creatura. Quod additur ad excludendam potestatem faciendo miracula, quia Christus in illorum patratione diuinitus currunt cum fide, & ratione eorum à quibus patrantur.

Diuidi potest vero, iuxta D. August. in lib. 21. de Ciuitat. Dei cap. 6. in naturalem, artificialē & diabolicam. Atque naturalis cenfetur, quando caularum naturalium virtute indita ipsi à natura, sed occulta, sunt effectus mirabiles, ridiculos occulti ac p̄lis doctioribus & peritis perspecti: quales fuerunt, quod simulachrum quoddam in aere penderet vi magnetis: & quod lucerna quædam Veneris sub dio posita, nec vento nec pluia extingueretur: de quibus D. Augustin. loco citato. Cenfetur vero artificialis: quando id quod videtur mirum, sit tantum arte & industria humana; sicut multa solent fieri à circulatoribus & funambulis. Cenfetur demum Diabolica, quando mira & insolita sunt virtute Diabolij: vt aliquando fieri, aduersus quodam Gentiles ostendit D. Thom. lib. 3. contra gentes cap. 104. Et patet ex eo quod Leuit. 20. ver. 5. & Deuter. 18. ver. 10. & alibi in sacris literis aliqua magia damnetur tanquam Diabolica: cuius inodierat ea quæ vtebatur Pythonissa, qua suscitauit Samyiem 1. Reg. 28. & elia Pythonissa, quam curauit D. Paulus Act. 16.

Porro non omnem magiam esse de se illicitam, argumento est quod illi qui ex Oriente ad dorandum Christum venerunt Matth. 2. Magi honorifica appellatione vocentur. Et patet de naturali & artificiali, quæ solis naturæ nituntur fundamentis ac virtibus, quas Deus rebus indidit: valentque ad homines ex miris effectis excitandos, vt multa credant quæ captum ipsorum excedunt, adeoque fidei Christianæ mysteria, prout D. August. in cit. lib. 21. cap. 4. notat. Attamen per accidens eadem possunt esse illicita: vt quando referuntur ad malum finem, vel aduersus scandalum: vt cum à diabolo punitur esse, quæ per eas sunt: aut talia sunt quæ exerceantur cum periculo salutis corporis: in quo casu peccatum mortale committit censent Sylvestri & Fumus in verbo Ars: ille quæst. 8. & hic num. vlt. Confirmaturq; per cap. 1. De tornacem: in quo tornacem ipsa prohibentur sub pena priuationis lepultræ: eo quod saepè inde hominum mortes & animalium pericula oriuntur.

Diabolica autem, de qua vt de virtute religioni opposito hic ex instituto agiunt, de se illicita est: quia includit pactum cum diabolo, cum quo societatem commerciumque inire nunquam licet: vt D. Augustin. ostendit in lib. 2. de Genesi ad literam sub finem penultimi capit. fatis constare ex

is quæ

iis quæ habentur 26. quest. 5. per totam : & ex admonitione D. Pauli I. ad Corin. 10. Nolo vos socios fieri Dæmoniorum.] Ab ea artificialem magiam discernere, facile est: monstrata nimis arte qua hunc mira illa opera, quæ Diabolica putantur. Naturalem vero discernere, est difficile: quia Dæmon sæpe occultat suas fraudes, obiecto pretextu virium rebus naturalibus inditaram. In qua difficultate caueda sunt duo extrema. Alterum ne existimemus omne illud diabolicum esse, quod nobis est notum & mirabile. Nam multa esse mira in rebus naturalibus, etiam quotidiani, ostendit D. August. in supra cit. cap. 4. Alterum est, ne existimemus quidquid nobis mirum ac nouum videtur, ipsum esse naturale. Nam ex antedictis negari nequit, quin aliqua sit magia diabolica.

152. Teneri potest vero hæc regula. Quando effectus aliquis inusitatus & mirabilis contingit ex applicatione aliquarum singularium virtutum, quæ in rebus naturalibus inesse censentur, sed nos latentes: quotiescumque & à quo cumque talis applicatio fiat, si ea sit sine alijs ceremoniis vel obseruationibus nullius virtutis, effectus ipse iudicari potest naturalis. Sin opus sit certis ceremonijs & obseruationibus inanibus res censenda est suspecta: & ideo videndum est, interueniatne pactum aliquod tacitum cum dæmons, magiam diabolicam constituens.

## Appendix de pacto cum Dæmons.

153. IN cuius gratiam, & propleniore eiusmodi pacti notitia notandum est primo, per pactum cum Dæmons intelligi promissionem factâ dæmoni ab homine, ex qua obligatio nascatur, non tantum ex parte hominis, verum etiam ex parte Diaboli, saltem fœta.

Atque ipsum duplex esse: unum expressum, quod aperte initur cum Dæmons; & alterum tacitu, quod implicite fit cum dæmons. Expressum autem solet tribus modis fieri. Primus est, cum solemnitate quoddam: nempe ut apparente visibiliter dæmons multis stipatis, coram quibus fiat illi promissio ea ratione quam tradunt Alfonso à Castro in lib. 1. de iusta harer. punitione cap. 16. & Spranger in suo mallo maledicarum parte 2. quest. 1. cap. 2. Secundus est, quo sine solennitate quidem, diabolo tamen fit immediate. Tertius est, quo eti expresso fiat dæmoni, non tamch' immediate, sed per interpositum tertiam personam, pura magum aut maleficum tanquam locum illius tenentem.

154. Notandum autem idem authores illos qui pactum expressum cum dæmons ineunt, promittere ei multa simillima iis quæ hodie solent hæretici in fidei Catholice abiuratione. Promittunt enim, quod nunquam adorabunt Eucharistia, quod blasphemias & iniurias afficiant Sanctos, præsertim Beatam Virginem: quod confringent Christi & Sanctorum imagines quas poterunt; quod nunquam facient signum crucis, quod nunquam integre confitebunt sua peccata; & maxime istud de quo agimus; quod sibi cauebunt diligenter ab omnibus rebus ab Ecclesia consecratis: vt est aqua benedicta, sal benedicatum: quod suauiuia & commissationes celebrabunt illis diebus quibus ab alijs Christianis ieunatur; quod denique conabuntur alios quotquot poterunt inducere in idem flagitium.

Dæmon vero vicissim solet huiusmodi hominibus scribere signa quædam superflitiosa; qualia sunt expressa ipsius Dæmonis inuocatio, certa quædam verba ab ipso præscripta, characteres quidam in chartis scripti, nodorum copiatio, & alia id genus; non quod vi uilla sit in eis, vt falso existimant ij ipsi, qui cum dæmons paciscuntur: sed quod ad illorum exhibitiōem & præsenſam Dæmon statim accursens, mirabilia illa operetur, quæ imperiti existimant à magis fieri. Neque putandum est verum esse quod aliqui ex iisdem magis iactitant se habere Dæmonem inclusum in anulo, aut in aliare: falluntur enim, quia Dæmon non adest illis, nisi quando ipse vult, aut quando ab aliquo potentiore Dæmonе compellitur prout docet Franc. à Victoria in relectione de arte magica num. 31.

Pactum autem tacitum cum Dæmons fit duobus modis. Altero cum quis sciens & prudens vitetur signis superstitionis magorum: siue ea accepterit traditione maiorum, iure

quasi haereditario: siue ab ipsis magis didicerit: siue ex ipso libris vel sermonibus haeredit. Altero cum quis vitetur signis superstitionis ignorans illa esse talia, eo quod putet non esse mala.

Notandum est præterea, habentes pactum cum dæmons expressum quocunq; ex tribus antea propositis modis, gravissime peccare: quia in iniuriam grauissimam Creatoris, diuinum cultum deferunt creature miserrimæ. Atque tales cum nonnunquam sint hæretici; vt cum de dæmons, aut superstitionis signis ipsius credunt aliquid, quod est contra fidem vt in illis inesse aliquam diuinitatem; nonnunquam etiam sint apostatae à fide; vt cum ex animo credunt dæmo- lo, & totam fidem Catholicam reieciunt. Super eo, magi (vt & super blasphemias in Christum & Sanctos, abuso rerum sacrarum in suis incantationibus, commixtione cum Dæmons: & damnis illatis iniectione morborum in homines & bestias ac valeratione legetum & vinearum) sunt diligenter examinandi Confessario: eo quod inde incurvant excommunicationem referuant in Bulla Cœnæ Domini & alias hæreticorum penas. Porro si quis sit faciat tale pactum, eti dictis penis non subiiciatur, peccat tamen mortaliter, ob notabilem quæ in eo committitur Dei irreuerentiam.

Habentes autem pactum tacitum, priore modo duorum proxime propositorum, peccant quoque mortaliter tanquam scientie inuenientes societatem cum Dæmons, hoste Dei & humanae generis. Non item habentes posteriore modo, si adint duas conditiones quas ponunt Caet. in verbo Incantatio in principio & Sylu. in verbo Superstitione quest. 10. in fine. Prior conditio est, vt talis sit paratus relinquere eam superstitionem quando admonetur. Nam post admonitionem non potest per ignorantiam excusari. Posterior est, vt ignorantia illius sit probabilis, quia crassa vel supina non excusat; & ideo quantumvis rudes & idiotæ excusari possint in hac re per ignorantiam, non tamen ceteri qui posseunt, & tentant scire; præsertim Pastores qui alios docere debent.

Notandum est denique facile quidem esse dignoscere pactum expressum cum dæmons, itemque tacitum priore modo, cum incutatur scientia; sed tacitum posteriore modo, difficile esse cognoscere: Nam quamus illud quod neque diuina virtus, neque naturaliter fit ab homine, merito iudicetur pendere ex aliquo pacto cum dæmons; non est tamen statuendum; hoc ipso aliquid tali pacto carere, quod diuina virtus aut naturali factum videri debeat: quia Dæmon aliquando occultat sua opera sub specie rerum naturalium, & arquando sub specie diuinorum miraculorum: ita vt difficulter cognoscantur illius fraudes & insidiae. Sunt autem aliquot modi agnoscendi tale pactum occultum cum Dæmons, quos Gregorius à Valen. 2. 2. disput. 6. quest. 13. puncto 2. & Suarez in opere de religionetraç. 3. lib. 2. cap. 15. tradunt ex D. Thom. 2. 2. quest. 96. art. 1. & 4. & ex Caet. in summula verbo Incantatio, ac ex Nauarr. in Enchir. cap. II. num. 22.

Modi deprehendendi pactum occultum cum Dæmons  
ne in ijs que apparent mirabilia.

155. Primus est ex verbis, quæ profertur ad ipsorum effectorum mirabilium productionem: nempe si aliqua vespertinunt quæ censeri possint ad dæmonem, saltet implicite, pertinere, vt cum aliquid continent contra fidem, aut sunt peregrina, quæ necessarium sit lingua ipsa peregrina proferti, nullo Ecclesiæ communii vsu ad stipulantes; aut sunt ignota, vt pote nihil omnino significantia, vel non coherentia inter se, vel inutilia: vt pote quæ neque precatio, neque inuocatio & laudem Dei continent. Deinde cum sunt falsa vel apocrypha: vt quæ indicant, quod Christus, ait Caet. habet ut febres. Præterea cum sunt verba sacra, quæ detorquentur ad alios sensus, aut ad effectum ad quem neq; à Deo, neque ab Ecclesia sunt ordinata: vt verba Hoc est corpus meum: ad fistendum sanguinis fluxum. Denique cum sunt preces quarum via & efficacia constituitur in modo eas scribendis aut profundi; v. g. quod proferantur in

tur in auricula iumenti, & in certa quadam hora. Item quod scribatur in tali membrana, & in tali figura; & sic de alijs circumstantijs quæ sapientum iudicio, nihil de se pertinent ad effectum cuius prædictio intenditur.

Vbi aduerte quod etiæ supersticio sit, habere animū tales circumstantias adhibendi, tanquam per se efficaces ad effectum impetrandum à Deo: non esse tamen, si casu eæ adhibeantur: vt quia talis charta venit ad manum: vel ea hora fuit oportuna: aut si tantummodo usurpantur ad excitandam maiorem deuotionem & attentionem in praecando: quomodo ex Caet. (quod Gregorius à Valentia ap. robat) superstitionis non est, quod aliqui precentes pro suorum inuentorum incolumente, circumducant nouies circa templum S. Antonij: aut faciant venam illis aperire in die festo alicuius Sancti. Irem quod liqui ex primo nummo oblato imagini Crucifixi in die Parasceues, faciant annulum contra neruorum contracitionem. Non est, inquam, superstitionis si eiusmodi circumstantias tanquam adhibeant ut scipios magis excitant ad deuote & attente orandum, propter præsentiam rerum cararum circa templum Sancti, vel propter diem Sancto dicatum: vel propter Crucifixi memoriam. Quia tamen in re, habenda est ratio scandali, ne alii putent esse superstitionem: talibusq; exemplis inducti, ad alia vana & superstitionis prolabantur.

Ceterum aduersus certas orationes quibus aliqui morbi curari dicuntur, aut alia incommoda huius vite propulsari, facit quod ex D. Thom. Suarez loco cit. num. 11. colligit, tales etiam si nullam falsitatem, aut a certam dæmonis inuocationem contineant; immo ad eundem colendumq; Deum aptæ sint de se; censeri superstitiones ex intentione illas usurpanter, quando adhibentur in signum infallibile effectus expectati: quia cum illud non sit a Deo institutum, hanc perinde certo sperare ac si promissum esset à Deo, non caret superstitione, vani saltus cultus: in quo cernitur tum Dei ipsius tentatio, dum sine causa postulatur ac ipso miraculosa defensio, aut protecção; tum etiam temeraria fai confidencia, de consequendo extraordinario tali effectu, nullo innixa diuinæ promissionis fundamento. Oportet ergo cum debita reverentia & spe in Deum, liberaliter bonorum omnium largitorum, ac in Sanctorum patrocinium, querere commoda huicmodi temporalia. Non autem cum credulitate infallibiter obtainendi illa, quam inordinata effectus suggestit: quodquidem non caret periculo ne dæmon se ingerens talibus pietatis speciem habentibus, quibus fraus ipsius obtegitur, commoditatem capiat inducendi hominem in aliam peccarem superstitionem.

Secundus modus cognoscendi est ex certis quibusdam characteribus vel figuris, quæ adhibentur ad effectus extraordinarios producendos, etiam ex signo crucis, alioquin sacerdotissimo & maxime salutari, quando ipsum usurpatur cum certis ceremonijs, nempe in certa hora, ad certum situm, sub certo numero: aut ipsum pingi debet, non dextra sed sinistra manu; à foemina non à viro; à pueru non à sene: duobus digitis non tribus: colore rubro non nigro: quibus omisis, non expectetur efficacia operationis. Id quod notat à Victoria in relect. de Magia num. 16. Neq; obstat quod diabolus ab eo signo abhorret; quia non abhorret a illius (sic) nec a ceterarum rerum, etiam sacratissimarum abusu in Dei iniuriam.

Characteres antem eiusmodi & figuræ dannabiliores esse, tanquam res superstitionis, constat, ex cap. III. ad 6. quæst. 2. & ex cap. Nec mirum in seq. quæst. 5. Quod & ratione confirmatur à D. Thom. 2.2. qu. 96. art. 2. ad 2. & lib. 3. contra gentes cap. 10. 4. & 105. quia in illis nullum est principium sic operandi à natura indicit: quo fit ut debeat pendere ex voluntate agentis in intelligentia prædicti, qui adhibito eo, quod sua natura est causa insufficiens; ad illius præsentiam præducit effectum: non quidem illius virtute, sed sua propria. Iam vero agens, à quo characteres & figura prædictæ in istituuntur sunt ad extraordinarios effectus, non potest censeri alius, quam diabolus. Namque signa instituta à Deo in Ecclesia quibus ea tanquam instrumentis vteretur ad supernaturalem effectum, sunt septem Sacraenta Euangelica. Ab ipsa Ecclesia vero, auctoritate Dei instituta, sunt sacramentalia, vt aqua benedicta, Agnus Dei, & cætera habentia spiritualem virtutem im-

petrandi nomine Ecclesiæ, ex eius institutione & benedictione: de quoru numero non sunt tales characteres, vt nemo negauerit. Diabolicum igitur non diuinum opus esse pertandum est illud, quod producitur talium applicatione. Adiuerte vero obiter quod, si religiosum sanctumq; sit vi sacramentalibus, v. g. aspergere se aqua benedicta, gestare collo appensum quod vocant Agnus Dei: sperando bona fide per modum impetracionis, pecuniam Dei protectionem: nihilominus talem tanquam certam, inde non minus sperare, quam si esset à Deo promissa, non carere superstitione, vani cultus: cædem ratione quaante dictum est de orationibus: & dici debere de g. statione reliquiarum appensarum collo, aut initio Euangeli S. Ioannis docet Suarez in memoria cap. 15. num. 10.

Tertius modus cognoscendi est ex effectu qui promittitur. Quando enim is nullus est utilitas (quod annulus super filium mouetur) etiæ magnam habeat admirationem (vt habet quod statua instar hominis ambulet) putandum est perfici a diabolo potius, quam à bono Anglo, vel à Deo; quandoquidem tales nugæ sunt eis indignæ. Idem similius putandum est, quando effigies supernaturali modo habendus, promittitur certissime: cum Deo nec promissum sit, nec de eis certissime; vt quando portanti super se aliquod certum signum, vel dicenti certainam orationem, promittitur certissime, quod nunquam morietur morte violenta, vel quod certissime impetrabit temporale quod desiderat. Qua quidem ratione non potest tale quid expectari à Deo. Nec enim bona temporalia ipse certe promittit, cum non corrigant semper ad vitam eternam; neq; in iisdem largiendis, se cogit: qui singulis suas gratias gratis datae diuidit prout vult, ex priori ad Corint. cap. 12. ver. 11. Idem adhuc putandum est, quando effectus fit aut speratur fieri tanta celeritate, vt id supererit vim naturalium agentium à quibus expectatur. Illa enim in proportione indicat aliquid accedere ad supplendum illud quod deest virtutis in iisdem agentibus. Vnde autem potius accedit quam à superstitione diabolica ostendi non potest; cum nullum de eo Dei sit promissum, ad quod referri valeat. Videri potest Suarez in eodem cap. 15. num. 14.

Quartus modus agnoscendi est, quem iam ante obiter attigimus, ex circumstantiis vanis & inutilibus, quæ adiiciuntur tanquam efficaces, ac tales sine quibus nihil fieri possit: vt quod aliquid de ferro catena qua latro alligatus est patibulo, addatur calcaribus, vt ad libitum ut possit equo retrogrado & calcitrante: & si de alijs, quæ adhibentur ad effectum ad quos sapientum iudicio, nullam habent proportionem, nec diuinam institutionem. Vnde in supra citato cap. Illud, pro superstitionis habentur omnes ligature & remedie, quæ medicorum disciplina damnat, tanquam improportionata, talibus effectibus, adeoque nullius efficacie, respectu effectuum ad quos producendos adhibentur: ita vt comparatione eorum nullam nisi significationem habere possit: sive sint characteres: sive quæcumq; res suspendentes, aut ligantes: aut certam salutationes certo quodam modo factæ, vt ibidem declaratur: ibi & in exemplum prædictarum rerum adseruntur inaures in summitate singulari aurium: anfusæ de struthionum ossibus in digitis: & singulitem dextra manu tenere sinistrum pollicem. Cuiusmodi omnia ex parte dæmonum, & pestifera societate hominum: & Angelorum malorum orta esse, non dubitatur: ita vt Christiano sint cuncta vitanda & omni execratione repudianda, ex cap. Nec mirum item citato.

Quintus modus agnoscendi est ex persona, quæ talia mirabilia operatur, vel quæ docuit talia operari; si sit aliquis magus, aut de magia suspectus, aut aliter depravatus: cum Deus non soleat ordinarie conferre gratiam patrandi miracula nisi valde bonis viris & piis.

Aduerte autem talibus modis probabiliter quidem, sufficienter ad moralem certitudinem cognosci pactum occultum cum dæmoni: qui etiam ignorantibus, nec volentibus, nullis qui videntur talibus remedij: immiscet se his ac cooperatur, vt illos decepti illisque (in quo consistit fecundus tacitum cum eodem dæmoni, vt ex August. in 2. de Genesi ad literam notat Francisc. à Victor. in relect. de magia numero 28.) persuadeat confidere in rebus vanis: non cognosci tamen

tamen necessario & infallibiliter: quia cum vires naturales rerum singularium occultam sint, difficilium est certo statuere aliquam causam ad esse & um adhibitam, esse sua natura ad illud insufficiem. Et quamvis cognoscatur, restat adhuc iudicandum an sit a malo spiritu, an vero a bono: ut esse potest non modo a Deo sed etiam ab Angelo bono: ut patet per illud, quod Tobiae cap. 5. dæmon a Raphaële fugatus sit in ministerio incensoris pīcīs. Quod factū si quis in patrocinium aliius fuerit superstitionis proferat, monendum est, quod, ut habet a Vito in pīced. num. 16. probabile sit Angelos bonos cum sint de numero beatorum, nonquam & miscere terrenis rebus sine speciali mandato Dei, cuius ministerio mancipantur in celo, iuxta illud Daniel. 7. Millia millium assistebant ei, & decies millies cēntena millia ministrabant ei] neque ipsarum terrenarum rerum, ut constat ex Job. cap. 41. vila sit virtus naturalis, quā cum virtute dæmonis comparari possit; atque adeo, quod idem a Vito ia in ead. m. relect. num. 20. ostendit, dæmon ipse cogi nequeat vi alterius rei, quam Dei aut Angeli superioris.

Nec item paclū tacitum cum dæmonie inde cognosci infallibiliter, quod ille qui effectui causam improportionatam adhibet sit mala vita; dubium non est: cum confite Deum nonquam per malos operari miracula, iuxta illud Matth. 7. Nonne in nomine tuo propheta uiimus, & virtutes multas fecimus? Quin nec id necessario colligitur ex eo, quod exploratum sit talis causa: vīsum non fuisse monstratum ab alio, quam a dæmonio; quia, ut recte notat a Victoria sub finem pīced. num. 15. postquam virtus aliqua naturalis monstrata est a dæmonie, nihil obstat quin ea quis postea vtatur naturaliter, & sine concursu dæmonis. Attamen quia in dubio, tuta conscientia nequit formari ex eo quod absolute fieri potest: sed formari debet ex eo quod ordinarie fit (quandoquidem hoc non illud est moraliter probable) statui potest nihil eiusmodi impeditre quominus antedictos modos usurpemus ad iudicium ferendum de pacto occulto cum dæmonie.

## CAPUT XVI.

## De diuinatione.

## SUMMARIA.

- 161 Quid, & quotuples in genere sit diuinatio.
- 162 Quid sit dæmoni diuinatio, & quod prohibita sit tam diuinatio, quam huius anno iure.
- 163 Que futura posset, queque dæmon non posset certo prænunciare.
- 164 De quibusdam futuriis præbabiliter coniūceri potest, que neque certo prænunciare.
- 165 De abdica diuina in quedam expressa, quedam tacita.
- 166 Expressa non rem species distinguuntur a Theologis.
- 167 Omnes at singule sunt gravis peccata mortalia, a quibus ignorantia at excusat.
- 168 Quid & quotuples sit diabolica diuinatio tacita.
- 169 Anguria oīto species
- 170 Peccata sunt mortalia, in quibus vix ignorantia excusat, levitas maeria nonnunquam.
- 171 Que anguria cense, i poibit licita.
- 172 Que illa est ea esse censeri debeant.
- 173 Non ita absolute prohibita est diuinatio per sonum, atq; astrologia qua pī ad cunctur mere contingentia, & pendencia omnino ex humani arbitrii libertate.
- 174 De sortibus documenta notanda ad cognoscendum quatenus illi, i.e. sunt.

161. OMEN diuinationis ex Cic. iii i. De diuinatione, significat qualemcumque præsensionem & scientiam rerum futurarum. Triple autem distinguitur diuinatio: una diuina, qua supernaturali Dei beneficio futura & occulta cognoscuntur: altera humana, qua futura & occulta prædicuntur ex proprietatis rerum: & tertia diabolica: quarum duæ priores non sunt de se mala: diuina enim est prophetia, quam Apostolus in priori ad Corinth. cap. 12. numerat inter gratias a Deo gratis data: hu-

mana vero Philosophi, Astrologi & Medici laudabiliter valuntur. Sola g̃itur diabolica, propter quam ipsum diuinationis nomen exofum habetur, est ita; constitutus peccatum illud contra religionem, cuius explicatio nobis est hic proposita. Quam sic instituimus, ut primam quid & quōtuplex sit talis diuinatio dicamus, & deinde tradamus rationem dignoscendi quid ad eam pertinet.

Quid sit diuinatio dæmoni.

## S E C T I O N I.

Nihil aliud est, quam significatio illa occultorum quæ sit in opere dæmonum. Dicitur autem significatio, ut ostendatur diabolicali diuinationem consistere in verbis vel signis exterioribus, non autem in sola mente, sicut scientia quæ acquiritur per vanam observationem, de qua inferius. Illud vero, occultorum, indicat diabolicali diuinationis; ut & prophetiarum obiectum esse ea, quæ homo per se naturaque sua scire non potest. Reliquum autem definitionis separat diabolicali diuinationem à prophetia; quæ est à Deo: & à diuinatione humana, quæ viribus humani ingenij obtinetur. Porro specialiter prohibita est diabolica diuinatio, tum iure diuino in cap. 23. Numerorum vers. 23. in cap. 18. Deut. v. vs. 10. in cap. 34. Ecclesiast. i. versu 3. tum etiam iure humano: ciuil: quidem Cod. de maleficiis, præsertim legē nōmo: canonico vero, 26. question. 5. per multos canones.

Ac quæ sub eam caluit occulta, quæ dæmoni possit prænunciare, declaratur aliquot propositionibus.

Prima est, omnia quæ ad hominem facta sunt vel sunt, dæmon non prænunciare potest. Ratio est: quia cum talia vel fuerint vel sint, possunt a dæmoni cognoscī; nisi a Deo impenetrabili: ut censetur contigūssent eo quod necierit B. Mariæ perpetua virginitatem prout ex S. Ignatio martyre ann. notat D. Hieron. ad cap. i. D. Matthei. Item nisi sint nudæ cogitationes vel affectiones humani cordis, quas certo cognoscere, est solius Dei: iuxta illud 2. Paral. 6. Tu solus nosti corda hominum. Quanquam negandum non est quin possit aliquid de eis probabiliter coniūceri ex phantasmati quæ ipse vel det, & ex suggestionibus quibus voluntatem excitat. At primum conseruum, de quo est hominum accusator in conspectu Dei die a nocte, ex cap. 12. Apocal. Immo iuxta cap. Final. 26. quæst. 4. potest scire quando verbo vel alijs signo externo, ut rubore vel pallore, homo easdem cogitationes vel affectiones expresserit; vel anima quasi cum dæmoni ipso mente colloquendo more spirituum, eas illi detegere voluerit.

Secunda propositio. Dæmon potest quædam futura prædicere, non autem omnia. Huius prior pars constat ex initio 13. cap. Deut. unde habetur posse prædicere aliquæ signa, & portenta eventura. Posterior vero, ex illis verbis Isaiae 4: Annuntiate nobis quæ ventura sunt in futurum, & dicemus quia dīc estis vos. Ea enim indicant, aliquarum rerum futurum præditionem esse solius Dei: ideoque dæmonem non posse illas prædicere: & verba illa Isaiae 46. Ego sum Deus, & non est ultra Deus, nec est similis mei annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio, quæ necdum facta sunt. Atque talium rerum tria sunt genera. Primum earum quæ pendent ad aeternam gloriam, ille non sit. Secundum earum quæ pendent omnino ex libera voluntate hominis: ut certum quid cogitare, dicere, vel facere. Tertium pure contingentium, quamdiu non habent certam & determinatam causam: ut quod talis post multos annos, tali die vel hora interficietur. Omnia enim talium certa cognitione est Dei propria.

Ceterarum futurarum quas dæmon ipse potest certo & infallibiliter prædicere, quatuor sunt genera: primum earum quæ causam habent naturalem & necessariam: ut motus celorum, coniunctiones planetarum, Eclipseis Solis & Lune. Secundum earum quæ nobis quidem videntur futura contingentia, sed reuera causam habent certam & determinatam, quam dæmon videt: ut quod quis eo morbo quo laborat cras morietur: aut quod sit futura postridie aquarū inundatio: aut quod ingruat tempestas: aut quod breui corrueat domus recens aedificata. Tertium earum, quas ipse factu-

162.

163.